



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

III. Propter occultum delictum non est aliquis a promotione repellendus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

ANNO
CHRISTI
1179.

ALEXANDER LATERANENSE III. FRIDERICVS I.
P.III. IMP. 725

C A P. II. *Item Bituricensi episcopo, ex eodem libro.*

Relatum est, & nobis ex tua parte monstratum, quod causis matrimoniorum tuæ dioecesis ad te delatis, cum in eorum executione velles procedere, illi qui impetuntur, ad audientiam nostram appellant, ut per huiusmodi appellations possint iudicium declinare. Vnde quoniam vestra interest, prauorum intentionem reprimere, & peccandi occasionem eisdem auferre: fraternitati tuæ per A. S. mandamus, quatenus si qui parochianorum tuorum de linea consanguinitatis impetiti, vltius ab audientia tua ad sedem apostolicam in vocem appellationis proruperint, si coniuncti non fuerint, eos sub anathematis interminatio- ne coniungi prohibeas, donec appellationem prosequantur, aut iudicio tuo stare obedient. Si vero fuerint coniuncti, eis conuenientem terminum prosequendæ appellationis, vel standi iudicio tuo, præfigas: infra quem si neutrum adimpleuerint, eos extunc omni appellatione cessante, vinculo excommunicationis adstringas. De cetero Heruberto *

C A P. III.

*Idem in eodem libro secundo, Vu. Albanensi episcopo
vicario nostro.*

Ex tuarum tenore literarum accepimus, quod N. clericus adeo deliquit, quod si delictum eius publicum esset, ab ordine quem suscepit, degradaretur, & amplius non posset ad superiores ordines promoueri. Verum quoniam peccatum ipsum occultum est, & priuatum fore dixisti: fraternitati tuæ per A. S. mandamus, quatenus ei condignam pœnitentiam imponas, & ei suadeas, vt per te, pœnitentia peracta, ordine suscepto vtatur: & eo contentus existens, ad superiores ordines amplius non accedat. Ve- rum tamen quia peccatum occultum est, si promoueri de- siderat, ei non potes nec debes aliqua ratione prohibere.

Propter oc-
cultum de-
liatum, cle-
ricum non
repelli a
promotio-
ne.

C A P. IV. *Idem eidem in eodem.*

De adolescente, qui mulierem quamdam cognouit, & filiam eius postea matrimonio sibi copulauit, cui iam per decennium cohabitauit, tuæ prudentiæ respondemus,

Yyy iii